

PRO  
**VERA SAPIENTIA**  
 PRAEFATVS  
 EPHORO SVMME VENERABILI  
 PATRIBVS CONSCRIPTIS PRAECELLENTISSIMIS AMPLISSI-  
 MISQVE ET OMNIBVS REI SCHOLASTICAE FAV-  
 TORIBVS ATQVE AMICIS  
 ALIQVOT QVATVOR EXIMIARVM  
 DISCIPLINARVM  
 CVLTORES ET PRAECONES

A. D. XIII. CALEND. IVN. A. R. S. MDCCLXV.

HORIS A MERIDIE CONSVETIS

IN ANNAEO PRODITVROS

DECENTISSIME COMMENDAT

M. CHRISTOPHORVS IOANNES GODOFREDVS  
 HAYMANNVS, R.

Dicturi sunt latino sermone laudes

*Philosophiae* & bonarum artium Carolus Theoph. DIETZE Dresd. Chori Adjunctus, suis partibus adhuc bene functus;

*Jurisprudentiae* Christian. Sam. HERKLOZ Hekendorf. Lipsiam ad scholas & castra Iurisconsultorum cum laude profecturus;

*Medicinae* Ioannes Christian. WERMVTH Dresd. qui in priuata, qua apud me utitur, disciplina spem haud spernendam excitat;

*Theologiae* Henr. Gotthelf. GOESSEL Kreyslensis. Quibus rite peractis, iterum surget HERKLOZIYS, patronis officiosam mentem uerbis germanicis declarans.

Quem Christian. Benedictus MEVER Dresd. *causa peccatoris in foro diuino* breuius carmine uernaculo exposita, commilitonum uotis prosequetur.

FRIDERICOSTADII

TYPIS HAGENMVLLERIANIS.





**E**rgo profanum uulgus ab inferis,  
Mundus, refurgit, qua patet integer;  
Aetate iam sacri dolemus  
Carminis adueniente summa.

Foecunda culpae saecula Numinis  
Vbique rident dogmata mystica,  
Iouaque contentores multi  
Sunt, Homodieque, Te remittunt.

Vis uana mentis mole ruit sua,  
Soteris expers promerito perit  
Progressus, ac robur scelestum  
Ingenii, ratione fultum.

Hac arte nomen, pro! sibi maximum  
Pubes laborat barbara consequi:  
Hoc fonte deriuata clades  
In patriam populumque fluxit.

Damnosa quid non imminuit dies!  
Aetas parentum peior auis tulit  
Nos nequiores, mox daturos  
Progeniem uitiosorem.

At tolle turmas has, Stator, impias,  
Confunde saeculum Te reprobans Tui  
Timore, securumque fortis,  
Vt sciat, esse Deum Ichouam.

Felix iuuenta est, quae Tua percipit  
Praecepta, spernens uerba Cupidinis  
Blandita, Virtutisque seruans  
Carmina, ceu Samuel paterque.

Consultus errat non sapientiae  
Infanientis, pectora roborat  
Doctrina ui, reclususque cultus,  
Aspera non monitis proborum.

Exempla uitae praua sodalium,  
Anguem latentem ceu prope germina,  
Auditque uirtutis magistros,  
Cereus in uitium ante ephebus.

Non obstinata mite quatit iugum  
Cerulee, leges uincula non uocat,  
Non foetidae indulget Vacunae,  
Sed labor improbus omne uincit.

Non ludit exultim, ut soboles gregis  
Lasciua, dispar ardelionibus,  
Non iurgium, non lingua mendax,  
Non mala fraus iuuenum proborum est.

Herclem secutus mox Xenophontium,\*)  
Aures iniquas accommodat dolo,  
Allectat illum quo Voluptas,  
Lustra redire sua in beata.

Spirans odores aethereis comis,  
Auro refulgens, fidere clarior,  
Frontisque fucato decore  
Excitat ancipites amores.

Gratum profata est: Enteles! Enteles!  
Quin nostra uitis dia palatia?  
Pro! regna quin felicitatis  
Ingredieris? Sequitor, praeeibo.

Sudore nullo & puluere colliges  
Messis, paratas uel sine semine,  
Fert uina uitis non putata,  
Flumina mellaque lactis ibunt.

Sopitque amicae te reuocata uox;  
Tergent palatum Sicelides dapes,  
Et Persicum costum, rosaeque  
Suaui halitu uiolaeque nares.

Nec

\*) XENOPH. Mem. Socr. II. cap. I. §. 21. seqq. coll. CIC. offic. I. cap. 32.



Nec pertimesces pauperiem grauem,  
Te quando fallax suspicio premet,  
Agrum iubebo non aratum  
Ferre tibi segetes opimas.

Carmen Voluptas iugiter hoc canit,  
Et mulcet aures atque animum leuem,  
Virtutis extinctura primos  
Igniculos, iugularet istam

Ni iure Virtus: Inspiciens, tace,  
Praeuertis aures atque animum, tuae  
Mens copiae fastidiosae  
Sana cupidinibusque prauis

Respondat, audit nemo tuas preces,  
Etsaeque pertaesum os saturum est meis,  
Praesumta spe a te dona fordent,  
Deque tuo grege porcus errat.

Aduersa donis es sapientiae,  
Pandis fenestram nequitiae lubens,  
Hinc proditores, fraus nefasque,  
Hinc scelus, hinc Venus, hinc libido.

Heus, o *iuuentus*, sperne libidines,  
Semen malorum est non capitalius,  
Sectare uirtutem labore,  
Quo sine nil tribuit Iehoua.

Peccare cautis affociaberis,  
Legesque discas, iustitiam, fidem,  
Orabis, adfit Ioua dexter  
Vt miseris, fugiat superbos.

Virtus amicos conciliat, Deum  
Placat, dat agros, adiuuat otia,  
Intaminatos fert honores,  
Asimulatque Deo beatos.

Vos, euge, *ephebi*, commoniti graue  
Virtute, recti condita semina  
Nutrite, nam uiuens honeste  
Tuta beataque degit aeuu.

Labuntur, eheu! commoda tempora,  
Necessitatis continet haud gradum  
Exaestuans actas acerbae,  
Sola tuetur honesta uita.

Quam lubricum uis reddit imaginum,  
Peccare prona lege docentium,  
Callem iuuentae; mens modesta  
Triplique pingue cor aere munit.

Vt cera cedens pollice fingitur  
Docto; recenti mobilitate fert  
Sic indoles culturam amicam  
Deucalionis adulta nari.

Vos, eia! floris primitiis Deum  
Maestate, tantum cui placet hostia  
Vix pulla, delibata uitis,  
Primaque mensis arista summae.

Lex usque cordi cuique suprema fit:  
Quod spiro, Numen, quod placeo, Tuum est.  
Hanc insolens aetate nulla  
Numinis eripiat professor.

Cantetis hujus mortibus impiae  
Cauti cateruae; nil sine numine  
Magnum flat, incrementum Eloae,  
Promeritoque Tuo salubri.

Sic, sic inibit nos decus ultimi  
Orbis, canemus carminibus nouis;  
Jam cum beata, dos honesta,  
Prole redi, probitas auita.

Alia



EX 71:54

X 3646 334

VD18

**A**lia saecula, paullo tristiora, hoc anno euentura, famigeratissimus HEYNIUS, Reçtor olim lycei Saldriensis Brandenburgi, nuperque mortuus Pastor Grossenwerder ad Potsdam, MDCCXLI. ex cometa MDCCXLVIII. & LII. apparente, cecinit. Quo successu, forte irritò, tempus uenturum docebit, prouti iam portenderunt scripta tor aduersa, quorum index legitur in *Abh. Schol. P. I.* pag. 506. & 561. Licet enim his respondere studuerit auctor in *Verfuche einer Betrachtung über die Cometen*; nouissime tamen celebr. HARENBERG in appendice Commentarii sui in Amosum, manifeste, ut opinor, edocuit, locos Danielis V. 8. &c. iam pridem esse impletos. Attamen, quamquam ea nondum euenient fata, minus tamen laeta facies nostrae aetatis uidetur. Corruptur enim opinationibus, rei sacrae maxime pestiferis, quibus uel literatissimi homines in Socini, Crellii, & nescio quorum aliorum peruersorum dogmata iurasse, sibi honori ducunt. Comprobant id literae V. D. M. Borusfi, TRESCHO, Theologicam, sic dictam, Litteraturam duabus partibus complexae, licet subinde ex opinionibus praeiudicatis disputet, nec ubique ideo fit probandus. Ex pluribus exemplis, quae tractat, Theologorum, ut ita dicam, nouaturientium, solum nomino BASEDOVIUM, qui nouas, easque fraudulentissimas, artes docendae Religionis, ut uocat, Biblicae, fingere studuit. Quas uero non laudatus modo TRESCHO epist. XXVI. breuius perstrinxit, uerum etiam *Σολογκιωτατος*, laudibusque meis maior WEICKHMANNVS, libellis aliquot academicis, firmisimis argumentis refutare incepit. Quid? uideor posse idem dicere de Saxonia nostra dilectissima, quod V. Cl. HOLLERBECKIUS in Orat. de *diuinæ reuelationis contemtu in Belgio*, eiusque causis praecipuis, de suis terris est professus. Utinam carmine, hac mente Berolini iam maximam partem confecto, nec alio consilio nunc foras dato, iuuentus nostra sapiat, & beatissimae uitae futurae, fugiendaeque impietatis Theologiae, tramitem inire discat. Ex quo commendo uerae sapientiae & uirtutis amorem studiumque omnibus nostrae disciplinae alumnis, nominatimque CHRISTIANO SAMVELI HERKLOZIO, Hekendorfensi, ex Alumneo nostro, quod per nouem annos eum bene nutriuit, Lipsiam contenturo. Qui si femina pietatis & uirtutis, in Annae ipsi commissa, recte continebit, radices salus ipsius futura firmisimas aget. Prius autem, quam a nobis discedet, non potuit non officio satisfacere suo, quod debet patronis, praceptoribus, amicis &, uenia sit uerbo, benefactoribus. Adiungent fe illi aliquot bonae notae commilitones, laudes disciplinarum, quas olim sunt professuri, Latino sermone dicturi, ut specimen edant, quantum in dicendi arte profecerint, cuius capita potiora ex GESNERI *primis lineis artis Oratoriae* perdiscere coeperunt. Dicent autem supra laudato ordine.

*Adsis, oro, conspicui Viri,  
 Gratis alumnis Mercurialium  
 Commerciorum, qui labores  
 Perficient modo laetiores.*

PP. XV. Calend. Iun. A. R. S. MDCCLXV.





PRO  
**VERA SAPIENTIA**

PRAEFATVS

EPHORO SVMME VENERABILI

PATRIBVS CONSCRIPTIS PRAECELLENTISSIMIS AMPLISSI-  
MISQVE ET OMNIBVS REI SCHOLASTICAE FAV-  
TORIBVS ATQVE AMICIS

**ALIQVOT QVATVOR EXIMIARVM  
DISCIPLINARVM  
CVLTORES ET PRAECONES**

A. D. XIII. CALEND. IVN. A. R. S. MDCCLXV.

HORIS A MERIDIE CONSVTIS

IN ANNAEO PRODITVROS


DECENTISSIME COMMENDAT

M. CHRISTOPHORVS IOANNES GODOFREDVS  
HAYMANNVS, R.

Dicturi sunt latino sermone laudes

*Philosophiae & bonarum artium* Carolus Theoph. DIETZE Dresd. Chori Adjunctus, suis  
partibus adhuc bene functus;

*Jurisprudentiae* C  
risonconfu



as & castra II

*Medicinae* Ioann  
disciplina

apud me utitur,

*Theologiae* Henr  
HERKL

), iterum surget  
declarans.

*Quem* Christian  
ne uerna

breuius carmi-

FRIDERICOSTADII

TYPIS HAGENMULLERIANIS.

